

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 97.

Codd. CCXXXVI. et CCXXXVII. n. 1.

97.

Cod. CCXXXVI.

Chart. 4. fœc. 13.

2
7.9.

Inlerus
Erbus
(Rejunctus)

2
8.

Collectanea
moralia.

Continet collectanea moralia ex S. Scrip-
tura, Patribus, et jure Canonico ordine
alphabetico congesta. Titulo, authoris,
que nomine caret, sitque ab initio muti-
lus an non, divinandum est. Prima rubri-
ca est de Adulterio, ejusque initium: "No-
num preceptum non concupisces uxorem
proximi tui nona plaga dense tenebre ap-
plica." Ego reperitorium materiarum
moralium in usum concionatorum illiussevi
collectum dicere.

Cod. CCXXXVII.

Chartas. 4. fœc. 13.

2
7.10.

Joan: Gews
Tract. de pra-
cept: dilection:
Dei, et proximi.

13^a 257^o

Joannis Gews Tractatus de preceptis dilec-
tionis Dei, et proximi. Prima quidem rubri-
ca est: "Sermo de preceptis dilectionis
Gews: Verum tractatum dici debere, et qui-
dem satis prolixum inspicienti non patet.
Incipit: Duo sunt precepta caritatis. Pri-
mum de caritate sive dilectione quam ho-
mo habet ad deum. Hujus tractatus nul-
lam apud eruditione inclitos mentionem of-
fendi.

98.

Cod. CCXXXVII. n. 2. 3.

2

Theses theolog. Theses theologicae in Universitate Vien-
nensi a variis Magistris, et doctoribus
proposita, et propugnata.

254^e - 346^e

3

Sententia Facul. theol. Vienn. de XXIV Senionib. in Apocalypsi. Sententia facultatis theologicae Viennae,
sic data ad Archidiaconum Judenburgensem
anno 1770 contra opinionem quorundam
fanaticorum, qui XXIV Seniores in Apoca-
lypsi Dei consiliarios esse fingebant. In
scriptio sonat: Sequitur scriptum de 24
Senionibus. Initium hujus epistola est: Ho-
norabili provido ac sollicito viro domino
in superiori Syria ac archidiacono Deca,
onus ac magistri omnes ac singuli facul-
tatis sacrae theologiae universitatis studii
Viennae magne caritatis affectum et hono-
rem duplicem huius qui bene merentur polli-
citem efficaciter promoveri. Orthodoxae fi-
dei puritas professionis nostrae fidelitas ac
zelus quo pro animarum salute feremus nos
excitando compellunt, contra quosdam er-
rores ac noxias superstitiosasque observan-
tias exurgere et arstare prosetenus verita-
ti. Quia nuper ad congregationem
nostram sindiconum deducebatur relatu-
rum quod in nonnullis locis vestri archidy-
aconatus et nominatim in Judenburga Siza,
niam sator pestiferum quendam erro-
rem severit, et in plurimum corda fidelium
fixis radicibus plantaverit ut firmiter
credant quod dominus deus cum 24 Senio-
ribus quos beatus Johannes apoc. 4^o cap.
comemorat singulis feris quintis iiiij. or. tem,
norum quasi ad iudicium resideat et cum

347^e - 357^e

11 eis consilietur de futuris agendis per quos
 11 istam anni proxime subsequentem "scilicet Propo-
 11 sitionis et rejectis superstitiosis huiusmodi
 11 rationibus epistola finitur: Datum Wien in
 11 ducali collegio nostra generali congrega-
 11 tione super hoc solemniter celebrata
 11 anno domini M. CCCC. 27 die mensis octo-
 11 bris sub nostri sigilli appensione ad ma-
 11 jorem certitudinem prescriptorum et Anol.
 Eisdem epistola chyrographam extitit in
 Bibl. Tyndsteinensi. Vide Kraus *Handb. d. bibl. hist.*
Böhm. u. mähr. Bibl. 2. 3. p. 179. Plura vide in Nova
 Biblioth. eccl. ass. Friburgensi, Vol. VII. Faf. II. p. 370.

A

Hugon. de S. Vict.
 Dialog. de cu-
 stodia castit.
 N. C. E. Mich.
 et Prioris Car.
 Thuria Pragens.
 362^a - 399^a

Hugonis de S. Victore Dialogus de cu-
 stodia castitatis. Rubrica est: "Dialogus
 de custodia castitatis." Absolvitur duobus
 libris, quorum primus incipit: "Semper qui
 dem frater dulcissime ut nostri delectatus
 sum cum tua dilectione de salubribus
 materis confabulari." Magister totus in
 eo est, ut discipulum ab inveniando retrahat
 conjugio. In fine additur: "Explicit liber
 Hugonis de Sancto Victore; qua verba rubro
 colore linea superscripta sunt: de custo-
 dia virginitatis secundus." Attamen Hu-
 gonis non esse hunc dialogum plura persua-
 dent. 1. Inter opera illius in casum qua-
 eritur. 2. Nimia auctoritatem S. B. P. conser-
 vatio, uti et illud cuius Latrum senten-
 tia subnexum: haec Ambrosius; haec Au-
 gustinus &c. a stylo Hugonis sunt aliena.
 3. Adducitur auctoritas S. Bernardi ex epi-
 stolis, et sermonibus, qui undecim annis
 post Hugonem diem obiit, quemque in
 scriptis genuinis Hugonis nunquam citatum

100.

Cod. CCXXXVIII . n. 5.

reperi. A demum operis conclusio hæc est:
 " Quod si aliquis invidorum hæc que in carita-
 " te scripsi voluerit reprehendere reprehendat,
 " sedat doctores quorum sententias posui et
 " si male estimat me intelligere auctoritates
 " Jeronimi contra Jovinianum quarum mul-
 " tas posui legat Jeronimum ad Pamacium
 " et videat si iuste reprehendat sibi enim
 " probat omnia demum que contra Jovinianum
 " dicebat Quod si adhuc reprehendat adhuc
 " utique virginitatem rursus preferam quam
 " diu vivam! Hæc Hugonem scripsisse
 " nemo sibi persuadere poterit, qui noverit
 " Hugonis scripta.

Auctorem huius dialogi esse Vener. Michaelem
 Prionem Cantuarie Legionis, Gyniacensis, et
 Agsbacensis, qui a. d. 1401 decessit, edoctus
 sum a Bernardo Læzio in Sil. Arret. II. pp. 15.
 ubi integer habetur impressus. Plura vide
 ibidem in præfatione, et quos ibi laudat.

Cod. CCXXXVIII.

Membran. Fol. maj. sex. 12. 13.

B
i. i.

Concilium pro-
vinciale habi-
tum Vienna in
Austria a. d. 1284.

1^a - 2^a

Concilium provinciale habitum Vienna
 in Austria per Pontificis Clementis IV.
 Legatum Guidonem Cardin. a. d. 1284. In-
 scripsit: " Frater Guido misericordie di-
 " vina tituli sancti laurencii in lucina
 " presbyter cardinalis apostolice sedis
 " legatus ad perpetuam rei memoriam.
 " Postquam deus formavit hominem. In fi-
 " ne: acta sunt hæc Vienna in Austria anno

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27586

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)